

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**In Pavlinam Religionis Christianae**

**Brockmann, Georg**

**Gryphiswaldiæ, [1780?]**

**VD18 13268651**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15683**

42

IN  
PAVLINAM  
**R E L I G I O N I S**  
**CHRISTIANAE**  
DESCRIPTIONEM  
*QVAE ACTOR. XXIV. COM. 14. 15. 16. HABETVR,*  
COMMENTATIO.

---

AVCTORE  
**GEORGIO BROCKMANN,**  
S. S. THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.



---

GRYPHISWALDIÆ  
LITTERIS ANT. FERDIN. RÖSE, REG. ACAD. TYPOGR.



	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
3								
4								
5								
6								
7								
8								
9								
10								
11								
12								
13								
14								
15								
16								
17								
18								
19								
8								

## Farbkarte #13

B.I.G.



Landesbibliothek Oldenburg



## P R A E F A T I O .

---

---

**Q**uam de religionis christianaee natura meditamus tractationem, nostris temporibus satis accommodatam esse, nulli dubitamus. Qui enim supra Theologorum vulgus sapere putantur, genuinam huius religionis indolem antiquiorum studiis inuolutam magis quam declaratam esse queruntur, pristinam eius simplicitatem reuocandam suadent, et ex parte illam cum puriore naturali plane eandem esse, strenue propugnant. Fallacibus eiusmodi declamationibus Commilitonum quorundam animi, consilio ac ratione nondum satis firmati, eo abripiuntur, vt, neglectis fere Theologorum scholis, Philosophiae faltem liberaliumque artium studiis delecentur, seque

A 2

qua-

qualicunque illorum notitia tinctos, ad obeundum publicum  
doctorum Christianae religionis munus satis instructos esse pu-  
tent. Sinistra illa persuasione tantum sibi communissime pro-  
ficiunt, vt, ad consuetum admissi examen, turpem scripturae  
sacrae, primiorumque religionis Christianae dogmatum in-  
scitiam prodant, atque ad munus sacrum fungendum inidonei  
reperiantur. Malo rei nostrae sacrae hinc metuendo, me  
quidem iudice, aliqualis parabitur medicina, meditando eius-  
modi huius religionis descriptionem, quae illius naturam et  
partes essentiales ita dilucide explicat, vt non solum Christianae  
et naturalis religionis differentia pateat, sed et praecipua Chri-  
stianae capita, cuius inculcanda, a Theologorum placitis,  
quae ad disputandum peritis relinquenda sint, facile discerni  
queant. Huiusmodi autem religionis Christianae descriptio-  
nem Paulum, ex eius doctoribus non vltimum, ACT. XXIV.  
com. 14 — 16. suppeditasse, persuasum plane habemus. Hanc-  
que ob causam illam in Commilitonum gratiam quodammodo  
duabus sectionibus, exegetica altera, altera dogmatica enu-  
cleare decreuimus. Quod vt prospere nobis succedat, Spi-  
ritus veritatis faxit.

---

SECTIO



---

## SECTIO I.

---

### EXEGETICA.

---

#### §. I.

**Q**uantum momenti hoc Pauli effatum in definienda religionis Christianae natura habeat, oculis quasi iudicari poterit, si et Auctoris grauitatem, et dicendi, qua usus est opportunitatem cogitamus, ex nexu textus nostri cum antecedentibus declarandam. Verba enim textus nostri, pars sunt orationis apologeticae, qua Paulus coram Felicis tribunal pro capite suo dixit. Etenim cum Tribunus Lysias Paulum ex Hierosolymis vinculum Caesaream mitteret, eo etiam Iudeos Pauli accusatores alegabat, ut de criminis, cuius hi illum reum egerant, ipse Iudeae Procurator cognosceret. Iudeorum autem Pontifex ac Seniores secum Caesaream duxerant Oratorem Tertullum, hominem, ut videtur, Romanum, linguae et formulorum fori peritum, cui caussam suam perorandam commiserant. (com. 1. 2.) Ab hoc Actore triplex Panlo, coram Felicis tribunal adducto, intendebatur crimen, propter quod pro reipublicae peste (c. 5.) habendus, et capite plectendus esset. Primum illorum erat, quod Iudeos, per orbem Romanum dispersos, ad seditiones concitaret: alterum, quod recens natae Nazarenorum sectae antesignanus esset: tertium denique, quod Iudeorum templum profanare tentauerit, (com. 5. 6. conf. cap. XXI. c. 29.)

#### §. II.

Istiusmodi calumniis Felicis animum in Pauli perniciem facillime acui posse, persuadere sibi poterant Iudei, rem suam omnem circumspicientes. Primo enim adhuc in recenti memoria erant exempla, a JOSEPHO *Antiqu. Lib. XX. c. 6.* adducta, quae Felicis in tur-



Eatores reipublicae seueritatem loquebantur. Deinde notus ipsis erat Romanorum in peregrinas religiones animus. Omnes enim, teste CICERONE in *Verr.* 4. c. 59. Deos patrios, quos a Maioribus accepserant, colendos sibi diligenter, et retinendos arbitrabantur. (conf. CASAUBONUS ad *Persei Satyr.* V.) Nec incompertum Iudeis esse poterat, optimos Romanorum sanctitatem templi Hierosolymitanii ac Iudeorum caeremonias sacras reuereri. Ita enim Marcus Agrippa iniustissimum iudicabat, illorum religionem, quorum et templum tam augustum viderat, et ceremonias, et si non intelligeret, admirabatur Augustus, crudelibus edictis aut disturbare aut pessimum dare. (vid. FRANC. BALDUINUS ad *edita vet. Roman.*) Promulgata denique erant Imperatorum et Senatus edicta, quibus Iudeis, ut patriis ritibus Deum colerent, concessum erat. (Conf. IAC. GRONOVI *decreta romana pro Iudeis.*) Quodsi ergo Paulum, ut putabatur, Trophimum Ephesium in templi adyta introduxisse, probari posset, eo maiori iure morte dignus haberi potuit, cum ipsis Iudeo ignotum esse non poterat, peculiari quadam cancellorum inscriptione peregrinos ab illo templi loco arceri, atque illis introeuntibus capitibus poenam militari. (vid. JOSEPHUS *Antiqu.* Lib. XV. c. vlt. it, *de bello Iud.* Lib. VI. c. 6.) In illum itaque casum Tertulli libello venerat Paulus, ut a Felicis sententia omnis vita eius pendere videretur,

### §. III.

Paulus igitur, quod capiti ipsius imminebat periculum propulsaturus, facta sibi a Procuratore dicendi facultate, ad singula accusationis capita com. 10 — 21. ordinatim respondere tenebatur. Primum, quod Tertullus obiecerat seditionis crimen triplici argumento diluit, desumto a penuria temporis, ad praeparandas et instruendas seditiones necessarii; a defectu indiciorum, quae suspicionem mouere potuissent, et testium, qui factum probare possent. (com. 11 — 13.) Deinde ad tertium accusationis membrum, quod templum profanare voluerit, com. 17 — 21. respondebat, se in templo sanctificatum repertum esse; testes non adesse queritur, qui ipsum in crimine comprehendissent; ac obiicit deum, quod in Iudeorum consistorio de hoc facinore nemo illum coarguissebat. Reliqua, quae in Apologia eius

haben-



habentur verba, quaeque textu nostro hucusque adductis interiacent, monstrant, quomodo Paulus ad alteram Sectarii obiectionem responderit. Fatetur nempe libere, se religioni quam Iesus Nazarenus docuerat addictum esse, subiungit tamen, hanc ita comparatam esse, ut eius professio nullo modo criminibus annumerari possit. Iure itaque hoc nostro loco religionis Christianae descriptionem exspectamus, quae eius naturam ac proprietates planissime explicit, ut cum Felice quilibet praeiudiciis liber, de amico eius ad rempublicam habitu, et cum religione Iudeorum puriori consensu, iudicium ferre possit.

#### §. IV.

Quodsi iam perpendamus, descriptionem hanc a viro profectam esse, qui a Iesu religionis Christianae auctore, immediate instructus, (Gal. I, 11. 12.) et in illorum numerum receptus erat, (Act. XXVI, 16.) quibus verborum ac argumenti per Spiritum sanctum suggestionem promiserat, quoties ipsis, ob religionis suae professionem in ius vocatis, defensione opus esset: (Matth. X, 19. f. Luc. XXI, 14. 15.) Pauli hoc de religionis Christianae essentialibus testimonium, vt omni exceptione maius, et enucleatione sua dignissimum venerabuntur, qui genuinam huius religionis indolem scrutari velint.

#### §. V.

Postquam hucusque textus nostri cum antecedentibus nexum exposuimus, ad illius Analysis progradimur, primum consideraturi verba illa, quibus Paulus a prima Apologiae suae parte ad alteram transfivit. Haec com. 14. ita fluunt: Όμολογω δε τουτο σοι, atque a VULGATO interprete: *Confiteor autem hoc tibi;* a b. LUTHERO: *Das bekenne ich aber dir* redduntur. Adhibitis linguae suae terminis recte quidem natuum verbi ομολογεω significatum expressit vterque, non tamen omnem, quam hoc loco habere videtur, viii, versionibus suis declarare vnica voce potuerunt. Paulus enim non solum apertam et simplicem concessionem eius quod Tertullus obiecerat spondet, nec de professione loquitur, quae certis indiciis aut metu



metu extorta erat, sed eiusmodi confessionem innuit, quae vltro, imperterrita hilarique animo ac libero ore fit, quamque mens sibi conscientia recti comitem habere solet. Huiusmodi enim confessionem officium, ad quod Paulus vocatus erat, (Act. IX, 15. XXVI, 16.) his sub circumstantiis exigere videbatur, hancque ipse, de Iudicis sui aequitate bene sperans, sub Apologiae suae ingressum (com. 10.) promiserat, verbis ἐνθυμοτερον τα περι εμαυτούς απολογεύματι, alacriori animo pro mei defensione dicam. Quoniam autem Paulus Apologiae suae verba ad Actoris postulata accommodasse censendus est, verbo illo ὁμολογώ simul ad illud Tertulli petitum respexit, ut Felix αὐτογένεις de hac causa cognosceret. Verbum αὐτοκένει ab optimis Graecis eodem significatu adhibetur, quo Latini τὸ quaestione habere sumunt, vt omnem de facto et iure inquisitionem denotet, adeoque et illam, qua propria facti confessio per tormenta exprimitur, quod alias Βασανίζω, σρεβλω dicunt. Infensissimus Iudeorum in Paulum animus suadet, ut FLACIO ad stipulemur, qui in Glossa compendiaria ad h. l. Videntur, inquit, postulare, ut non tantum placide, sed etiam per tormenta exquirat ab eo omnia, quo eorum acerbitate cogatur etiam falsa aliqua confiteri. Forte etiam cogitauerunt, eum in tormentis ista non negaturum, vel certe vicina quaedam confessurum: unde illi postea, progrediendo in actione, suam accusationem probare queant. Alii quidem interpretum verba παρεγένονται non ad Paulum, sed ad Lysiam; de quo comitate 7. sermo erat, trahienda esse putant, ita ut Tertullus Felici spei fecerit, se ex Tribuno suo non tantum rem omnem prouti gesta erat cogniturum esse, sed potius accusationis veritatem ab ipso exploraturum. Ast, qui hoc Tertullus promittere Felici potuisset, cum Lysias de tumultus caussis nihil compertum habebat, praeter id, quod Iudaei incondito ac turbido clamore postulauerant? (Act. XXI, 33. cap. XXII, 24.) Quodsi autem, quam diximus severitatem Tertullus postulaverit, verbo ὁμολογώ Paulus simul declarabat, quaestione per tormenta non opus esse, cum spontaneam polliceretur religionis suae descriptionem, ex qua appareret, se ob huius religionis professionem ac propagationem immerito ab aduersariis suis in ius vocari.

## §. VI.



### §. VI.

Ingenue autem se Christianorum, quos Nazarenos appellabant religioni addictum esse fatetur, verbis: *οἱ οὐατα — θεω*. Nolo hic cum Erasmo ac Valla Versionem Vulgati interpretis: *secundum sectam, quam haeresin dicunt reprehendere, sed potius horum verborum argumentum lectorum oculis membratim exponere.* Sunt autem *primo* rei, quam vitio ipsi dederant aduersarii, quinque omni culpa liberaturus erat, denominationem. Iudei id, quod in Paulo culpabant, *αιρεσιν* dixerant. Vox illa et coetus cuiusdam dogmata characteristica, et coetum illa amplectentium denotat. Hoc significatu Graeci de Philosophorum ac Medicorum Sectis loquuntur. Eadem voci potestas tribuenda, quando Paulus Act. XXVI, 5. Pharisaeisimum, ut exquisitissimam Iudeorum *αιρεσιν* laudat, eodem nomine usus, quo Iosephus reliquas religiosorum familias insigniuit. In scriptis tamen N. T. non desunt loca, quibus erroneas de religione opiniones, atque coetum illorum denotat, qui perniciosos errores pertinaciter defendunt, seque a recte sentientibus separant. (2 Pet. II, 1. Gal. V, 20. Tit. III, 10.) Extra controversoniam positum esse putem, Iudeos, Pauli accusatores haereseos vocabulum sinistro hoc sensu sumfuisse. Paulum enim ob haeresin accusare non potuissent, nisi haeresin ut rem culpandam spectassent. Innuere illud quoque videntur per adiectum Nazarenorum, com. 5. Paulum *πρωτοσατην της των νοεζων αιρεσεων*, dicentes. Primis enim temporibus Christiani ita per contemptum a Iudeis vocabantur, ut Asseclae Iesu, a quo, ut ex vili Galilaeorum oppido Nazareth oriundo, nemo prudens sanas expectare potuisset religionis doctrinas. (Io. I, 46. VII, 52.) Abunde etiam ex Act. XXVIII, 22. constat, quod Nazarenorum sectam ut perniciossimam spectaverint Iudei. Ne itaque adversariorum audacie viam quasi aperuisse videretur Paulus, odiosam Sectae appellationem improbat, illiusque loco ὁδός denominatione leniori vtitur. Vocabulum ὁδός, ut Hebraeorum רֹאשׁ, in sacris literis de quo uis medio usurpatur, quod ad scopum praefixū obtinendum adhibetur. Hinc etiam religionem exprimit, quia notitiae diuinorum illisque conformiter agendi studium hominibus commendantur ut media, quibus ad summam felicitatem adspirare possunt. (vid. Act. IX, 2.



XIX, 9. 23. Matth. XXII, 6.) Eodem itaque significatu Paulus ὁδὸς voce vtitur, Felici rem declaraturus, quam hic religionem appellare consueuerat. Nec vitio illud Paulo verti potest. Graeci enim pariter ac Romani rationem modumque agendi, opiniones ac instituta, ὁδὸν, viam dicere solebant. (conf. GEORGII *Vind. N. T. ab Ebrais.*) Felici quoque, qui Iudeorum rebus iam per tres annos prae fuerat, nomen hoc, quo Iudei religionem suam insigniebant, innotuerat, deque religione quam Paulus profitebatur, et ob quam a Iudeis accusabatur multa iam ad eius notitiam peruerterant, (com. 22.) quae a peccati suspicione illam liberare poterant. Satis perspicue quoque Paulus constructione illa κατὰ τὴν ὁδὸν indicabat, se mox dilucide explicaturum esse, quomodo ut Christianus cogitet ac vitam suam instituat, ita ut Felix de quanam re ipsi sermo erat, iam hinc colligere poterat.

### §. VII.

Postquam igitur rem defendendam iusto suo titulo denominauerat, pergit secundo ad generalem illius descriptionem verbis: εἰτω λατρευω τῷ πατέρῳ Θεῷ. Quae hoc loco in codicibus graecis deprehenditur varians lectio, atque versionum discrepantia, genuinum tamen verborum sensum impedire nullo modo potest. VELESII enim lectio τῷ πατέρι καὶ τῷ Θεῷ μη, ex codice latinizante fluxisse videtur. In quibusdam scilicet vulgatae editionibus lectio patri et Deo meo occurrit, quae tamen supina librarii negligentia ex patro Deo ortum suum traxit. Haec enim lectio adhuc in illa Vulgatae editione seruata est, quae Lugd. 1531. 8. impressa, et a Ven. MASCHIO in *Biblioth. Sacr. P. II. Vol. III. p. 197.* descripta est. Vnde DIETENBERGER in versione sua, ad vulgatam facta, suum dem Vater, meinen Gott, meiner Vater sumferit, mihi non liquet. Syrum, qui Deo patrum meorum habet, Lutherus noster imitatur. Licet enim editio N. T. a GERBELIO curata, qua ex quorundam sententia Lutherus in adornanda versione sua usus est, (vid. Fortgesetzte Saml. v. alt. und n. Theol. S. 1722. pag. 1090. 1723. p. 280. 1726. p. 422. PRITII Intr. in lett. N. T. p. 403. f.) lectionem τῷ πατέρῳ, τῷ Θεῷ exhibeat, atque illa, quae LUTHERO, quamvis perperam, tribui solent

Biblia



*Biblia latina, Witteb. 1529. fol. impressa, (conf. Acta hist. eccl. Vol. V. p. 373 f. Vol. XVI. p. 325.) consuetam lectionem verbis *patrio Deo* exprimant, reddidit tamen in Bibliis vernaculis dem Gott meiner Väter. Sensum itaque magis, quam verba textus respexisse videtur, et huiusmodi discrepantiis, ut receptam lectionem, probitate non destitutam deseramus, non mouebimur.*

### §. VIII.

Sed, ut ex hoc diuerticulo in viam redeamus, ad illustranda haec textus verba accedimus. Exponunt autem id, quod religionis essentiam constituit. Omnis enim religio certo Deum colendi modo absoluitur. Hunc verbo λατρευω indicat Paulus, quod ut Hebraeorum עבד de quounque cultu et seruitio, quod alicui praestatur, occurrit. Non itaque calculum nostrum illis adiicere possumus, qui statuunt, το λατρευει solitarie positum τω δελευει contra distinguendum, et de cultu, qui soli Deo debetur interpretandum esse. Frequens enim illorum verborum apud LXX. et in N. T. permutatio, et promiscuus illorum usus, quoties Hebraeorum עבד vertendum erat, satis superque docet, antea allatam obseruationem solido destitui fundamento. Nostro autem loco, quo cultus huius obiectum simul indicatur, verbum illud de religiosa veneratione capiendum esse, nemo sanus dubitabit. Cultus autem huius nomine omnes animi motus illorumque signa complectuntur, ad illustrationem gloriae diuinae tendentes. (Rom. I, 9. 21. cap. XII, 1. Matth. IV, 10.)

### §. IX.

Obiectum cultus sui religiosi *patrium Deum* nominat Paulus. Hoc epitheto Gentiles insigniebant Deos, certis populis aut urbibus proprios, quos ut patriae custodes venerabantur, quorumque ne nomina quidem vulgo aut exteris scire licebat, ne carminibus vel pollicitationibus ab urbibus, quas defendere credebantur, euocarentur. Ita Demosthenes Apollinem πατραον τη πολει Atheniensium dicit; Dio Chrysostomus Iouem πατραον ελλαδος Δια appellat; unicuique enim prouinciae et ciuitati suus Deus erat. (conf. ELSNERI Obs. sacr. Vol. I. p. 474. f. Io. ERN. IMM. WALCH de diis patriis.) Ne suscipi cari



cari quidem licet, Paulum eodem plane sensu Deum suum patrium dixisse, cum unicum crediderit atque eundem Iudeorum et Gentilium Deum. (Rom. III, 29. 30. 1 Cor. VIII, 4.) Hac potius Dei appellatione testificari voluit, se a peregrini Dei cultu abhorrire, Deum quem coleret eundem esse cum illo, quem populi Iudaici progenitores, iam inde ab antiquissimis temporibus adorauerint, cuius cultus publicus in Iudea patria receptus, legibusque probatus esset. Eodem itaque sensu, quo Act. XXII, 3. leges a patribus receptas πατρώς dixerat; quo cap. XXVIII, 17. de εθεοι πατρώοις moribus ac ritibus, quos patres tradiderant et ad posteros propagauerant, loquitur, eodem etiam significatu, Deum, quem patres religiose coluerant patrium nominat. Cumque Patrum nomine in primis Abrahamus, Isaacus ac Iacobus venire solebant, (Act. VII, 32. III, 13.) illorum tantum Deum se adorare declarat. Studio autem hoc Dei epitheto vtitur, ut aduersariorum calumniam, ipsum patrii Dei cultum, quem Iudeis concesserant Romani deseruisse, hancque ob caussam patrocinio legum Felicisque indulgentia plane indignum esse, eneruaret, simulque caneret, ne Felici in suspicionem veniret, ac si peregrini alicuius Dei cultum introducendo, criminis, quod Gentiles maxime detestabantur (Act. XVII, 18. §. II. VALER. M. L. I. c. 3.) reus factus esset. Adverbio autem ἀπό quod verbo λατρευω additur, innuit Paulus, se cultus sui rationem modumque mox dilucidius et per partes expofitum esse. Quod etiam in sequentibus praefitit, cum tribus enunciationibus specialiorem descriptionem actuum illorum suppeditauit, quos religionis Christianae exercitium complectitur.

### §. X.

Harum enunciationum prima, arctissime cum praecedenti λατρευω constructione participiali nixa, verbis: πισεων — γεγραμμενοις coim. 14. habetur, quae Vulgatus vertit: *credens omnibus quae in Lege et Prophetis scripta sunt*, quocum reliqui, quos vidi interpres consentiunt. Legis ac Prophetarum nomine libros intelligi, quos Iudei sacros et ex diuina inspiratione profectos habebant, quosque ut normam saluifcae religionis venerabantur. (Io. V, 39. Luc. XVI, 31. cap. XXIV, 27. Act. XIII, 5.) quilibet, vel me non mente



nente perspicet. Speciam autem *vopus* scripta Mosaica (Jo. I, 17.) προφηται autem reliqua V. T. scripta a Iudeis dicebantur. Ad omnia autem illa, quae in his libris consignata sunt, ex mente Pauli potissimum referenda, quae de Deo, eius operibus ac beneficiis, itemque de recta diuini cultus ratione exponunt, testimonia. Scopus enim Pauli postulabat, ut in Apologia sua opinionum suarum de Deo eiusque cultu innocentiam monstraret. Fieri hoc poterat declarando, se scripturae testimoniis indubitatum praebere assensum, se de argumenti illorum veritate plene conuictum esse, se in testimoniis his acquiescere, illisque ad religionis sensum et felicitatis exspectationem alendam vti. Huiusmodi itaque confessio de sua Deum colendi ratione Iudeorum calumniam refellere poterat, qua ut hostis Mosaicae religionis criminaatur. (Act. XXI, 21.) Suas enim de religionis capitibus opiniones cum Mosis ac Prophetarum scriptis conuenire dicens, Iudeorum scripta sacra pro certa verae religionis norma agnouit, ad quam vnicē examinari deberet, num de Deo eiusque cultu pestifera huc usque docuerit.

### §. XI.

Altera, quae com. 15. verbis: ελπιδα — αδικων sequitur, enunciatione Paulus vltius describit, quomodo Deum colat; hancque ob causam verba illa per continuatam constructionem participalem praecedentibus copulantur. Continetur autem hac enunciatione, praeter propositionem principalem, alia incidens ac minus principalis, quarum quaelibet separatim illustanda est. Ad propositionem principalem quod attinet, exhibent illam verba: *Spem habens in Deo, resurrectionem fore mortuorum tam iustorum, quam iniustorum.* Nonnum itaque animi actum, quo Deum colat, et obiectum illud circa quod ille actus occuparetur, indicat. Et actum quidem religionis suae exprimit verbis: ελπιδα εχων εις τον Θεον. Vox ελπις in scriptis N. T. et de laeta boni adhuc futuri exspectatione (v. g. 1 Cor. IX, 10) et de bono ipso quod exspectamus (v. g. Act. XXVI, 6.) adhibetur. Priori significatu illam h. l. usurpari, dubium esse non potest, cum Paulus ελπιδα ut aliquid, quod ipsi tanquam subiecto inhaereat, describit, se ελπιδα εχειν dicens. Complectitur autem illa



illa locutione omnes animi sui motus versus bona adhuc futura, viuam illorum representationem, serium illis fruendi desiderium, atque iucundam praeuisiōnēm, quod bona illa aliquando certo in statu suo exstituta sint. Hos enim animi motus spei nomine comprehendī posse, proprio nostro edoceātur sensu. (Rom. VIII, 24. 25.) Cum autem addit, se spem suam *eis τον Θεον* habere, Deum non considerat, vt bonum illud quod exspectabat, sed profitetur potius, se in hanc spem prōmissionibus diuinis vocatum esse, seque magnopere confidere, fore, vt veracissimus aliquando impleturus sit, quae sponserit, ipsique huius beneficii partem impertitur.

### §. XII.

De re autem in quam spes eius feratur, cuiusque desiderio teneatur, loquitur verbis: *αναστάσιν μελεῖν εσεθαί νεκρῶν, δικαίων τε καὶ αδίκων.* Nomen *αναστάσις*, de mortuis adhibitum, et intransitiue, mutationem illam, quam experientur, cum corpus quod morte ceciderat rursus animabitur, (Act. IV, 2. 23. 1 Cor. XV, 12.) et transitiuē actum, quo destructum corpus restituitur et viuificatur, (Io. V, 28. 29.) exprimere potest. Vera quoque Paulus dixisset, siue mortuorum resurrectionem, siue resuscitationem illorum professus esset, cum neutra sine altera cogitari possit. Hoc tamen loco transitiuām praeferrem significationem, quia Paulus se *αναστάσιν νεκρῶν* a Deo sperare, dixerat, idcoque *αναστάσιν* vt actum spectauerat, quo Deus promissa sua impleturus esset. Res itaque quam Paulus sperabat erat destruci per mortem corporis restitutio, illiusque cum anima superstite redunitio. Utramque autem hanc mutationem iustos pariter ac iniustos h. e. omnes omnino demortuos (Io. V, 28. 29.) manere, certissime se sperare affirmat. Hoc ipso autem simul innuit, se plane de status sui emendatione, resuscitatione sua ex mortuis aliquando actuanda, persuasum esse; atque ita fidem suam de praemissiōnē piorum et iusta improborum retributione post hanc vitam (2 Thess. I, 6. f.) declarat. Quod autem ex omnibus bonis a Deo exspectatis (2 Cor. I, 10.) unius mortuorum resuscitationis mentionem fecerit, eam etiam ob caussam fecisse videtur, vt significaret, se non terrenorum commodorum illecebris, sed spe maioris post hanc vitam con sequen-



sequendae felicitatis eo adductum esse, ut Christo fidem datam seruaret, qui certissime confessores suos praemiis ornaturus, et illatas ipsis iniurias aliquando vindicaturus esset,

### §. XIII.

Quam principali, huc usque declaratae inferuit propositionem incidentem, (§. XI.) verba: *ην καὶ — προσδεχονται, quam et hi ipsi expectant*, sicut sunt, quibus obiectum spei suae magis illustrare, atque causam suam simul defendere voluit. Articulum enim *ην*, non de *ελπιδι*, sed potius de *αναστασει*, cuius mox mentionem subiicit, intelligendum esse, constans est interpretum sententia. Nec articuli postpositiui ante nomen quod respicit, positus obstat, quo minus illuc trahi possit, cum eiusmodi verborum structuram non plane insolitam esse, loca Io. XI, 6. Act. XXI, 16. loquantur. Reliqua omnia id quoque postulant. Non enim satis concinne Paulus dixisset, spem illam exspectari, nec de adversariis suis commode adfirmasset, quod ipsis formidandam resuscitationem sperarent. Propositionis enim huius incidentis subiectum sunt *αυτοις οτοις*, praesentes Pauli accusatores, Pontifex et Seniores Iudeorum cum Tertullo Rhetore suo, (com. 1.) in praedicato autem de illis asseritur: *προσδεχονται αναστασιν &c.* Qua ratione Paulus hoc de accusatoribus suis affirmare potuerit disquirunt interpres, pluraque sibi formant dubia, quae asserti Paulini veritatem labefactare videntur. Sumunt enim, praesentem Pontificem Ananiam eundem esse cum Anano, Anani senioris filio, quem JOSEPHUS *Antiqu. Lib. XX. cap. 8.* Sadducaeum dixit, de quo itaque Paulus asserere non potuisse, quod resuscitationem mortuorum exspectaret, cum ex Act. XXIII, 8. constet, quod Sadducaei resurrectionem negauerint. Torquet et hoc, quod Pharisei non omnium, sed piorum tantum crediderint resurrectionem, uti ex JOSEPHI *Antiqu. L. XVIII. c. 6.* probari posse putant; unde consequeretur, Paulum neque de his affirmare potuisse, quod iustorum et iniustorum exspectent resurrectionem. Ast nodos, quos hic innescit queruntur, facile solvi posse crediderim. Primo enim probari satis non potest, Ananiam Pontificem eundem esse cum JOSEPHI  
Anano



Anano iuniore. Ipse enim Iosephus l. c. cap. 6. 7. 8. refert, Felicem summum pontificem Ionathan per sicarios sustulisse, Agrippam autem Sacerdotium summum Ismaeli, Phaebei filio contulisse, cui Iosephum Cabi successorem dederit, huicque Ananum, Anani filium post Festi demum mortem (cf. Act. XXIV, 27.) suffecerit. Ananias itaque Pauli accusator, potiori iure Nebedaei filius fuisse statuitur, quem Cumanus quidem vinculum Romani miserat, qui tamen cum Felice in Iudeam rediisse pristinamque dignitatem recuperasse putandus est. Cum autem non constet, cui Iudeorum Sectae hic Pontifex addictus fuerit, ex eius praesentia dubium contra Pauli dicta oriri potest nullum. Aequum incertum est alterum illud, quo Interpretum animi turbantur. Verba enim Iosephi, quibus asseruisse creditur, Phariseos solam iustorum resurrectionem statuere, ita ambigue concepta sunt, ut quae ipsius mens fuerit, studio occultasse videatur. (cf. MOSHEMII *Diss. ad h. E. Vol. II. p. 603. s.*) Quodsi autem, quae supponuntur ex parte concedi deberent, veritati tamen ex ase consona dixisse Paulum dubitari nequit. Quae enim necessitas vrget nos, ut de singulis, qui aderant Pauli aduersariis dicta capiamus, cum Tertullo, Romano, haec opinio tribui neque potuerit, neque debuerit? Quid quaeſo obſtat, quo minus sumere poſſimus, Paulum verba *αὐτοὶ ἔτοι*, pronunciando, praeſentes Phariseos manu aut vultu indicasse? Accedit adhuc, quod Paulus minime adferat, aduersarios suos iustorum pariter ac iniustorum resurrectionem concedere. Verba enim *δικαιῶν τε καὶ αδικῶν* non ad propositionem incidentem, sed ad propositionem principalem pertinent, spei Pauli exprimentem. Propositione autem illa minus principali si tantum adſirmaretur, illos ipſos, qui ex Phariseis aderant, non omnem mortuorum resurrectionem negare, sed ultro largiri, iustos aliquando ad vitam reddituros esse, nonne Paulus dicere potuit, exſpectant ipſi resurrectionem? Caeterum et hoc probe attendendum, quod Apostolus aduersariis suis non eundem, quo stimulabatur, animi erga hanc resurrectionem tribuat affectum, sed de illis saltem termino *πρωσδεχοντας* vtatur, quo cum metu coniunctam exſpectionem exprimere potuit. (Ezech. XXXII, 10. apud LXX.)

§. XIV.



### §. XIV.

Quod autem in defensione sua spei suae mentionem fecerit Paulus, nemini mirum videbitur. Professio enim dogmatis de futura resurrectione turbis illis occasionem dederat, ex quibus Lysias illum liberauerat. (Cap. XXIII, c. 6.) Ostendendum itaque erat, criminis hanc spei eiusque professionem ipsi dari non posse, cum qui ex aduersariis suis religiosissimi habebantur, mortuorum resurrectionem concedant. (Act. XXIII, 9.) Ad quorum consensum prouocando, dicam, quain sibi scripserant, obtruerat Paulus omnino.

### §. XV.

Quae adhuc restat ultima enunciatio, com. 16. occurrit, atque cum praecedentibus confessionis Paulinae partibus, locutione illa ellyptica  $\epsilon\nu\tau\gamma\tau\omega\delta\epsilon$  cohaeret, quam Interpretes diuersimode supplent. Alii enim cum BEZA putant, Paulum plena locutione  $\epsilon\nu\tau\gamma\tau\omega\delta\epsilon\chi\rho\sigma\omega$  dicere voluisse, prouti Latinus interea temporis, h. e. dum resurrectionem exspecto, dixisset. Quibus tamen non accedereim, quia subintelliga vox  $\chi\rho\sigma\omega$  etiam in fine versus voci  $\delta\iota\alpha\pi\alpha\tau\omega\tau\sigma$  procul dubio addenda est, atque Paulus incommodo locutus videretur, dicendo  $\epsilon\nu\tau\gamma\tau\omega\delta\epsilon\chi\rho\sigma\omega\alpha\sigma\kappa\omega\delta\iota\alpha\pi\alpha\tau\omega\tau\sigma\chi\rho\sigma\omega$ . Alii itaque rectius vocabula πραγματι aut  $\tau\gamma\sigma\pi\omega$  subintelligenda esse monent. Simplicissima tamen verborum interpretatio illa esse videtur, quae propositionem  $\epsilon\nu$  loco  $\delta\iota\alpha$  positam esse, et ut Hebraeorum 2 per propter vertendam sumit, ita ut  $\epsilon\nu\tau\gamma\tau\omega$  idem sit, ac  $\delta\iota\alpha\tau\gamma\tau\omega$  propter hoc, i. e. hanc ob causam. Is enim particulae  $\epsilon\nu$  usque N. T. scriptoribus; (Io. XVI, 30. Col. II, 16. Matth. VI, 7. Ephes. III, 13.) neque Profanis plane insolitus est. (vid. GEORGII Vind. N. T. ab Ebr. p. 153. RAPHELII Annot. ex Xenoph. p. 185.) Relatiuum autem  $\tau\gamma\tau\omega$  non ad ea respicit, quae mox dicturus erat Paulus, neque ad solam resurrectionis spei, cuius in proxime praecedentibus mentionem fecerat, sed ad omnia illa, quae de religione sua hucusque confessus erat, referendum esse puto. Afferit ergo Apostolus, se fide ac spe sua ad bonae conscientiae studiu[m] impelli, hocque studiu[m] suu[m] fidei ac spei suae attemperare. Ut ita autem statuam mouet constructionis ratio. Non enim continuatur hoc versu[m] participialis constructio, quam com. 14. 15. adhibuerat, nec quae sequuntur ultimo loco dictis per  $\epsilon\nu\tau\alpha\omega\tau\eta$  iunguntur,

C

guntur,



guntur, quod fieri debuisset, si spem suam tantum respexisset; sed nentro genere potius vtitur, quo fides ac spes eius complecti possunt. Sed haec ad declarandum commatis huius cum antecedentibus nexus sufficient. In explicando huius enunciationis argumento iam ita occupabimur, vt, quae commode disiungi possunt, rem circa quam Paulus versabatur, et studium, quod huic impendebat, separatim consideremus.

### §. XVI.

Quod ad rem adtinet, quam Paulus obtinere studebat, nominat illam, *απροσκοπον συνειδησιν προς τον Θεον και της ανθρωπης*, ex vers. Vulgati *sine offendiculo conscientiam ad Deum et ad homines*; quam tamen claritate sua neque BEZAE *sine offensa apud Deum et apud homines*, neque GRYNAEI ein gutes Gewissen vor Gott und Menschen, neque LUTHERI nostri ein unverlebt Gewissen gegen Gott und den Menschen superant. Melius verborum Paulinorum sensum expresserunt. LEO IUDAЕ in *Bibliis Tig.* 1543. fol. editis ac *Biblia Witt.* 1529. euulgata, (§. VII.) quibus: *sine offendiculo conscientiam erga Deum et homines*, vti in *Bibliis german.* quae *Tiguri apud Froschouer* 1533. prodierunt, *ein unanstoßig Gewissen gegen Gott und den Menschen*, reddiderunt, id quod ex verborum euolutione patebit. Vox principalior *συνειδησις* vi etymi sui notitiam rei, quae nobis cum aliis communis est, designat. Istiusmodi autem notitia qualis hic innuitur, in genere describi potest, per claram propriarum mutationum et diversitatis illarum a se inuicem et ab aliis representationem. Ad usum huius vocis si respicias, tam de conscientia facti, qua nosmet ipsos factorum, siue praesentium siue praeteritorum, Auctores iudicamus; (Io. VIII, 9. Rom. II, 15. 1 Cor. X, 25. 1 Tim. IV, 2.) quam de conscientia moralitatis factorum nostrorum, qua de illorum ad legem habitu iudicamus (1 Tim. I, 5. 15. Ebr. X, c. 22.) adhibetur. Vtique significatu h. l. vocem sumendam esse putarem. Studuit nempe Paulus, vt factorum suorum et convenientiae illorum cum lege divina sibi conscius esset. Hoc enim sibi vult conscientiae suae, quam subiungit descriptio, verbis *απροσκοπον, προς τον Θεον, και της ανθρωπης*. Bene obseruant Philologi nomen *απροσκοπος* ex verbo *προσκοπη* impingo, formatum, et actiue, de eo quod non offendit, et passiue, de eo, quod non offendit.



offenditur sumi posse. Actiui significatus exemplum 1 Cor. X, 32. haberes, vbi Apostolus Christianos hortatur, ut *απροσκοποι* sint Iudeis. Passiui significatus exemplum BAHRTIUS im Griechisch: deutschen Lexico nostro hoc loco inueniri putauit, ideoque explicans, was nicht gefräntet, nicht beunruhiget wird. Sed, si quid video, hoc nostrum conscientiae Paulinae elogium passiuo sensu plane capi non posse, ipsi coniuncta satis declarant, quibus conscientia eius *απροσκοπος*, *προς τον Θεον και της ανθρωπης*. Quomodocunque enim reddere velis praepositionem *προς*, nondum tamen ita vertere posses, vt Dei, hominum, das nicht gefräntet, nicht beunruhiget wird conceptus, in concordiam redigantur. Planiori, vt confidimus, via incedunt, qui hanc nominis constructionem cum illa verbi ex quo descendit comparant, hinc conscientiae Paulinae descriptionem explanatur. Verbo namque *προσκοπη* obiecti, in quod impigitur nomen per praepositionem *προς* iungitur. v. g. *Luc.* IV, 11. *Matth.* IV, 6. *προσκοψης προς λιθον*, et apud LXX. *Ies.* III, c. 5. *προσκοψει το παιδιον προς τον πρεσβυτην*. Simili modo hic nominis *απροσκοπος* voces *Θεον* et *ανθρωπης* per praepositionem *προς* iunguntur. Quid itaque obstaret, quominus conscientiam, quae neque in Deum neque in homines impingeret, hic innui statuere possemus? Est ergo *απροσκοπος συνεδησις*, animus nullius offendae sibi conscientia: siue certa illa scientia atque interna sensatio, inter propria facta nullum reperiri, quod vt laesio officiorum erga Deum et homines spectari potest. Laesio enim officiorum, vt laesio illius cui officia illa exhibenda erant, considerari potest. Hinc officiorum erga Deum et homines laesio offensa Dei et hominum dici potest, et proinde conscientia ab offensa Dei et hominum libera erit animus, qui nullius huius generis offendae sibi conscientius est.

### §. XVII.

Studium quod Paulus eiusmodi conscientiae impendebat, verbis: *αυτος ασκω εχειν διαπαιulos ipse me exerceo ad conscientiam omni tempore habendam* exprimit. BEZA in *notis ad N.T.* iam obseruauit, verbum *ασκεω*, quod Hesychius per *γυμναζειν* interpretatur, significatione coniugationis Hithpael, h. e. reciproce accipiendum esse. Similia ex GROTI ROSENmüLLERUS habet, in *Scholiis ad h. l. scribens*: *ασκω exerceo, nempe*

C 2

me



me ipsum, quod apud Hellenistas saepe subauditur, quia Hebrei saepe pro reciprocis usurpant modo activa, modo passiva. His autem iungendum, quod RAPHELIS l. c. exemplis docuerit, ex Xenophonte petitis, verbum  $\alpha\sigma\kappa\omega$  in significatione intransitiva a disertissimis Graecis etiam adhiberi, ne hac in parte stilus Pauli hebraismi suspectus habeatur. Licet autem hoc verbum ut plurimum cum accusatio nunc personae, nunc rei constuatur, Graeci tamen, ut hoc loco Paulus, verbum illud sequente infinitivo usurpant, ut BUDAEUS *Lex. h. v.* exemplis probauit. Satis pure itaque Paulus dixit, *αὐτος ασκω εχειν, ipse me in eo exercito, ut habeam.* Quod διαπάντος pro δια πάντος χρεον (Marc. V, 5.) adhibitum, semper, quotidie, reddi debeat, quodque sensum non mutet, siue hoc adverbium ad  $\alpha\sigma\kappa\omega$  siue ad  $\epsilon\chi\epsilon\iota\omega$  trahas, quilibet facile concedet. Asserram saltem GLASSII ex Philol. Sacr. p. 710. obseruationem illam, quod pronomen relatiuum  $\alpha\upsilon\lambda\sigma$  aliquando eum indicet, qui vltro aliquid facit. Hanc si ad verba nostra applicemus, Paulus dixisset: Se sponte sua in eo quotidie occupatum esse, eoque omnes intendere neruos, vt ipsi insit, conseruetur ac augeatur eiusmodi conscientia, quae ab omni offensa Dei et hominum pura sit. Hanc ob causam se diligenter intimos animi sui recessus scrutando, ad actiones suas attendendo, moralitatem illarum examinando, atque pro viribus officia quae Deo et hominibus debentur, obseruando, sollicite cauere, ne ab ipso vnquam admittantur scelera, quorum recordatione animus aliquando torqueri possit.

## SECTIO II. D O G M A T I C A.

### §. XVIII.

**H**aec tenus Pauli de religione sua confessionem ita quidem illustrauimus, vt religionis Christianae descriptionem formaturus, claras rei notas in promptu habeat, naturam eius sufficienter declarantes. Quoniam tamen eius characteres adhuc ut disiecta rei membra spectari possent, nostrum iam erit, vt illos colligamus eoque ordine sibi inicem



uicem iungamus, ut distinctam rei imaginem animo concipere possint lectores. Altera itaque hac sectione consecularia dogmatica, quae de religione Christiana generatim spectata ex loco nostro deriuari possunt, strictum pertractabimus. Ad tria autem capita, religionis nomen, essentiales partes et affectiones illius comode renocari possunt, quae nobis dicenda restant.

### §. XIX.

Latinorum religionis nomen plures occidentalium ciuitate donarunt, ad rem significandam, de qua nobis sermo est. Perinde nobis esse potest, utrum vocem cum CICERONE a relegendō, an cum LACTANTIO a religando deriuare velis. Obseruabimus potius, vulgatum nomen illud eiusque cognatum religiosus adhibuisse, cum aut Hebraeorum עֶבֶרֶה Exod. XII, 26. aut Graecorum Θρησεια Act. XXVI, 5. Iac. I, 27. Col. II, 18. et ευσεβης Act. X, 2. exprimendum erat. Nec id sine ratione factum esse putamus, cum idem illud quod Latini religionem dixerent, a sacris scriptoribus vocabulis עבדה, λατρεια, θρησκεια, ευσεβεια significatur. Definiente enim CICERONE de N. D. Religio est, quae superioris cuiusdam naturae, quam diuinam vocant, curam ceremoniamque afferit; Eademque notio terminis illis biblicis iungenda. Hanc autem Christianam ab eius Auctore atque primo doctore (Ephes. II, 14. s. Ebr. I, 1. 2. Io. I, 17. 18.) dici, in vulgus notum est. Ipsam illam quam Paulus profitebatur religionem, Viam appellavit, Metaphora ex imagine illa petita, quam scriptores sacri de hominibus, qui in terris vitam agunt, sibi formabant, considerando illos ut peregrinos et viatores, qui ad coelum patriam tendunt, (Ebr. XI, 13. s. 2 Cor. V, 6. 7. 1 Pet. II, 11.) quibus religio est, quod via peregrinanti, medium, cuius usu legitimo futuram consequi possunt felicitatem. Eadem hac Metaphora scriptores V. T. religionem יְדֵיכְךָ viam, et religionis exercitium ambulare in viis domini dixerunt. (v. g. Ps. CXXVIII, 1. Ps. LXXXI, 4.) Vnde etiam Iudeis illud religionis nomen familiare erat. (Matth. XXII, 16.) Commodo itaque Paulus Christianam religionem nostro loco ὁδον, Act. XIII, 10. ὁδος κυριος τας ευθειας, et Petrus 2 Pet. II, 2. 15. ὁδον της αληθειας, ευθειαν ὁδον, vterque ex Hebreis Christianus, appellarunt.

C 3 .

§. XX.



---

### §. XX.

Qui religionem in genere per Deum colendi modum definiunt, Paulum consentiente habent, qui religionem suam descripturus confitetur, se Deum eo modo colere, quem mox ulterius declarat. (§. VII.) Non itaque cum illis facere possumus, qui vsu generaliori vocis apud scriptores Latinos inducti, religionem non ut Deum colendi actum, sed ut obligationem ad cultum diuinum concipiunt. Omnes quidem ad cultum Dei obligantur, (Ps. XXXIII, 8.) sed non omnium est religio. (Rom. I, 21.) Est autem haec religionis (ut in Scholis loquuntur) subiective spectatae definitio, quae religionem ut qualitatem, actum aut habitum, subiecto inherenter considerat. Quae ipsi opponitur religio obiectiva est complexus veritatum de Deo eiusque cultu, quibus subiecti religio conformis esse debet. Colimus autem Deum per actus, ad quos notitiis nostris de Deo mouemur. Scriptura S. duplicis generis terminis rem declarat. Alter δοξαζειν (Rom. I, 21.) opinari, pretium statuere, iudicium nostrum de Deo proxime exprimit, quo maximas ipsi tribuimus perfectiones, easque admiramur ac suspicimur. Reliqui λατρευειν, (Matth. IV, 10.) δουλευειν (1 Thess. I, 9. Gal. IV, 8.) σεβεσθαι (Act. XVIII, 13.) ευσεβειν (Act. XVII, 23.) Magis internos externosque motus indicant, ad quos nosinet ipsos per agnitas Dei perfectiones determinamus. Vtrumque S. S. religiosis inculcat, postulando, ut quicquid agant ad Dei honorem faciant. (1 Cor. X, 31. Phil. I, 11.)

### §. XXI.

Primum, quo intellectus maxime occupatur, religionis actum si quis cum LACTANTIO *Instit. L. IV. c. 4.* Sapientiae nomine a religione adhuc distinguere velit, caueat tamen, ne quae indinulso nexu cohaerent, separet, cum, ut ipse LACTANTIUS loquitur, *nec religio a sapientia separari, nec sapientia a religione seerni possit.* Arctissimum hunc actuum intellectus ac voluntatis nexum Paulus innuit, dicendo, se Deum eo modo colere, vt fide ac spe sua ad bonae conscientiae studium impellatur. (§. XV. conf. Col. I, 9. f.) Datur quidem in subiectis qui religiosi haberi volunt, cognitio Dei, quae voluntatem non afficit. Venduntur interdum religionis nomine actus, qui neque Dei perfectionibus consentanei sunt, neque ex motu gloriae diuinae proficiuntur.



scuntur. Ast eiusmodi imaginariam religionem inerito θρησκείαν μά-  
ταιον (Iac. I, 26. cf. Matth. XV, 9.) aut ex Col. II, 23. εθελοτρησκείαν  
dices. Ignotum enim, ut par est, coli nequit, (Rom. X, 14.) et qui,  
quem non cognoscunt adorant, culpandi. (Io. IV, 22.) Si quis autem  
Deum non colit, quem cognoscere gloriatur, is Deum actu abnegare  
censendus est. (Tit. I, 16.) Duo itaque sunt, quae religionis generatio  
consideratae essentiam constituant, opiniones quaedam de Deo, et mu-  
tationes liberae, quarum ratio determinans opinionibus illis contine-  
tur. Primum si religionis praerequisitum et fundamentum dicere mal-  
les, strictiori significatu religionis vocabulum sumeres. Monendus au-  
tem es, ne sola praxi omnem religionem absolui, putas, nullo re-  
spectu habito ad opiniones praxeos directrices. Ita enim in illa scri-  
pturae loca impingeres, quibus religio subiecti vocabulis insignitur,  
cognitionem proprie significantibus, qualia hebr. נֶעֱלָה. (Hos. IV, 1.  
Ies. LIII, 1.) graec. γινωσκειν, (Io. XVII, 3.) σωφρος, (Iac. III, 17.)  
επιγνοσις, (Tit. I, 1.) &c.

### §. XXII.

Rationes, quae in modum colendi Deum in subiecto determinant et  
moderantur, sunt notitiae, quas sibi de Dei essentia, perfectionibus, de-  
cretis, operibus, beneficiis atque eius de actionibus hominum liberis vo-  
luntate, comparavit. (§. XXI.) Cum autem teste experientia, triplex  
omnino detur medium, cuius vsu notitiae nostrae acquiri possunt, sen-  
sus, ratio et fides, ex his quoque fontibus notitiae, cultum Dei deter-  
minantes hauriendae sunt. Notitiae de Deo, quatenus solo sensuum et  
rationis vsu haberi possunt, cultum Dei naturalem; quatenus autem  
testimoniis diuinis debentur, reuelatum determinant. Hinc religionis  
in naturalem et reuelatam distinctio pendet. Naturalis possibilitatem  
ipse Paulus (Rom. I, 19. s. cap. II, 14. 15.) afferit, dubiis autem qui-  
bus illam GRUNERUS labefactare tentauit, a Ven. DÖDERLEIN in *Inst. Theol. Cap. I. §. 3.* satisfactum esse putamus. Religionis reuelatae exi-  
stentiam textus noster docet, quo Paulus profitetur, religionem suam  
Mosis ac Prophetarum testimoniosis, diuinitus inspiratis, (2 Tim. III,  
15. seq.) nisi. (§. X.) Praecipnis harum notitiarum virtutibus, clarita-  
tem, veritatem, certitudinem annumerandas esse, nemo facile in du-  
biuum vocabit. Quo maiora enim haec illarum ornamenta sunt, eo fera-  
ctores



ciiores erunt internarum externarumque actionum, quibus Deus glorificari poterit. Exactam diuinorum cognitionem h. e. cognitionem, erroribus, confusis ac crassis notionibus, Sophismatibus, reliquisque cognitionis vitiis, veritati inimicis liberam, ORTHODOXIAM dicunt, a Paulo commendataam. (1 Tim. VI, 3. 4. Col. II, 23.) Quod nomen cum rectum de diuinis sensu commodissime exprimat, merito WEISMANNUS in *Inst. theol.* p. 62. queritur, illud sua aetate petulantissime habitum esse, vt apud imperitos homines prope in ludibrium abierit. Vtinam huiusmodi querelis nostra aetate omnis praecisa esset ansa!

### §. XXIII.

Cultus Dei, vero de Deo sensu nixus, complectitur omnes animi corporisque motus, qui nostris diuinorum notitiis conformes sunt, et inde petitis motiuis perficiuntur. Vnde cultum Dei in internum et externum distinguunt. Vsi autem inualuit strictior cultus externi significatus, vt corporis motus arbitrarios denotet, quos ad amplificandam Dei gloriam suscipimus; qui si a pluribus in coetibus publicis simul excentur, vt signa religionis nostrae internae, cultus publici diuini nomine venire nobis solent. (Rom. IX, 4.) Iam quoniam a pluribus congregatis iidem actus arbitrarii composite exerceri nequeant, nisi antea conuenerint in modum ac ordinem, exercendo illos obseruandum, cultus Dei publicus, sine CEREMONIIS esse nequit, ritibus, religionis nostrae internae signis arbitrariis. (1 Cor. XIV, 40.) Illarum atque ordinis, quo se inuicem in cultu publico excipere debeant descriptio, LITURGIAM dicimus. Quae de ceremoniis sacris atque Liturgia in *ordin. Pom. Eccl.* p. 8. s. atque *Form. Concord. Artic. X.* leguntur, digna sunt pia illorum meditatione, qui his nostris temporibus in emendandis Ecclesiarum Lutheranarum Liturgiis certant.

### §. XXIV.

Characteres religionis christiana quos hucusque exposuimus, genus illius sintunt. Quae sequuntur, ad differentiam illius declarandam spectant, et tam a principio cognoscendi, quam a partibus eius constitutius desumuntur. Religionem, cui Paulus addictus erat partim ex Mosis et Prophetarum testimoniosis diuinis, (§. X. Rom. III, 2.) hausebat; partim autem illa ex immediata Iesu Christi *αποκλυψε* (Gal. I, 11, s.) ipsi obtigerat. Vnde illam merito, reuelatam in oppositione ad natura-



naturalem diximus, (§. XXII.) h. e. modum colendi Deum, qui ipsi non solo sensuum et rationis usu, sed ex testimoniiis immediate a Deo profectis innotuerat. Quo ipso tamen afferere nolumus, omnem in Paulo religionis sensum ex unico hoc fonte derivandum esse. Subiecti enim religio reuelatae nomen merebitur, si mixta quoque sit notitiis ac animi motibus, qui solo facultatum naturalium usu acquiri potuerunt: Sufficit, si in partibus eius essentialibus sint, quae licet non immediato Dei in subiectum influxu producta sint, solis tamen testimoniiis diuinis debeantur, nec aliunde haberi potuissent. Hanc etiam ob causam, religionem christianorum reuelatam appellare non dubitamus. Namque 1) Auctor primusque illius doctor Christus ipse profitetur, in eius capitibus esse, quae ex sola reuelatione cognosci possint, (Matth. XI, 27. XVI, 17.) doctrinam suam, patris qui ipsum miserat, esse, (Io. VII, 16.) se, quae a Patre audiuerit, loqui, (cap. VIII, 26.) qui ipsi dicenda mandauerit. (cap. XII, 49. cf. Ebr. I, 1. 2.) 2) Hanc ipsam doctrinam, post Iesu abitum ore et scriptis suis tradebant Apostoli, quibus Jesus Spiritum S. promiserat, qui illis non solum ea, quae a Iesu audiuerant in memoriam reuocaturus; sed illos etiam de reliquis, quas obscurius adhuc percepérant, veritatibus plene instructurus esset. (Io. XIV, 26. cap. XVI, 12. seq.) Huius promissionis complementum Apostolorum testabantur miracula (Marc. XVI, 20. Ebr. II, 3. 4.) etiam a Paulo ad probandam Auctoritatem suam Apostolicam facta. (2 Cor. XII, 11. 12.) Religio itaque Christiana subiective spectata hoc ipso charactere a naturali diuersa esse debebit, quoniam notitiis ac motibus suis ex reuelatione oritur, quae Mosis, Prophetarum et Apostolorum scriptis seruatur.

### §. XXV.

Vt partes, cultum diuinum Christianorum constituentes, nostro loco *Fides, Spes ac studium bonae conscientiae* enumerantur. Ultimum a Paulo 1 Cor. XIII, 13. caritatis nomine denotatur; vti 1 Tim. I, 19. fidei bonaeque conscientiae; Gal. V, 6. autem fidei per charitatem efficacis nominibus tria illa nostro loco adducta comprehenduntur. Terminis *πίσις & πιστεύειν*, a Paulo in sermonibus suis frequentati, non eodem ubiuis sumuntur significati, ita vt de formanda generali fidei notione fere desperandum esse videri posset. Quodsi tamen notio quaerenda est, ad Pauli confessionem accommodata, qua aperte satis declarat, se Mosis

D

ac



ac Prophetarum dictis adsentiri, procul dubio *Fides* definiti poterit, per firmam ac efficacem animi persuasionem, de indubia veritate eorum, quae diuinis testimoniis enunciantur. Hanc autem persuasionem cum firmam dicimus, opinioni ac dubitationi illam opponimus: quae autem ad appetiones et auersationes, veritatibus conuenientes, producendas sufficit *efficax* nobis dicitur. Descriptione illa fidei, quam Paulus Ebr. XI, 1. exhibet atque exemplis illustrat, suppeditata eius notio confirmabitur. Ibi enim πειστος ἡλεχος πραγμάτων & βλέπομενων, indubitata conuictio de existentia rerum, quae sub adspectum non cadunt; huicque Abrahami fidei com. 8. tribuit, quod Deo obediuerit atque in terram sibi plane incognitam exiuerit. Quoniam autem huius fidei obiecta diuersi generis sunt, non repugnabo, si quis, pro credendorum differentia, huius fidei formam limitandam esse statueret. Quodsi enim rei ut existentis veritas neque per experientiam, neque per rationis usum, sed ex solis testimoniis diuinis nobis constat, fides illa maxime acquiescendo in illis testimoniis se exferet. Si autem promissorum indubiam veritatem credimus, potissimum *Fides* bona promissa certo in statu nostro existitura ut praesentia intuetur, illorumque conscientia desiderat ac praesagitt, quos animi motus fiduciae (πεποιθησις) nomine complectimur. Hac fiducia non carebat Pauli fides. Cum enim ex Prophetarum testimoniis certus erat, omnibus remissionem peccatorum Christi merito partam offerri, (Act. X, 43.) Christi meritum ad se pertinere indicans, illud sibi applicabat, gratiamque diuinam, sibi oblatam non repudiabat, (Gal. II, 20. 21.) sed illam potius ut sibi concessam spectabat (1 Tim. I, c. 16.) hanc ut ad felicitatem quam desiderabat, sufficientem intuebatur, (Rom. VIII, 31. f.) illaque laetus fruebatur, (Rom. V, 1. f.) et ad tranquillandum animum vtebatur. (1 Io. III, 19.)

### S. XXVI.

Altera essentialis religionis Christianae pars *Spes* est, quam in genere per boni futuri desiderium describere possumus. Eiusmodi desiderium, cum fidei quoque insit (§. praec.) spem a fide plane non diuersam esse videri posset. Atq; differt adhuc uterque animi motus, non gradum, sed et forma ac obiecto. Quod ut eo melius pateat, ad spei genesis attendendum erit. Per principia Psychologica omne animi desiderium oritur ex cognitione placentium, quae nisi meo existitura praefatio,



lagio. Haec cognitio aut certa est, spem gignens certain et indubitata; aut incerta, vnde spes minus plene certa oritur; quae si plane improbabilis sit vana dici solet. Hinc consequitur, spem sine fide, quatenus ut persuasio de futuritione bonorum spectatur, esse non posse; eiusmodi autem persuasionem absque bonorum desiderio cogitari posse. Quodsi autem ea, quae fidei inest fiducia eadem cum spe videretur certa ac indubitata, utriusque tamen discrimen in eo poni debet, quod spem dicentes, ad bona futura eorumque adeptionis exspectationem potissimum respiciamus, fiduciae nomine autem non tantum coniunctionem de bonis futuris qua obtainendis, sed etiam fidentiam in obiectum aliquod praesens, per quod bona futura impetrare speramus complectantur. Spem, quam Paulus praedicat, cum eiusmodi fiducia coniunctam fuisse, verba, quibus illam exprimit: ἐλπίδα εχων εστον Θεων, declarant, huicque eius spei Christianorum spes conformanda. Nititur autem illa Christianorum spes, partim illorum de Dei potentia, sapientia, bonitate ac veracitate certa scientia, partim autem et proxime expressis Dei promissionibus illorumque confirmationibus. (1 Pet. I, 21.) Bona vero, quae a Deo cum fiducia sperantur a Christianis diuersi generis esse possunt. Alia enim ad felicitatem huius, alia ad alterius vitae felicitatem pertinent; Sunt alia, de quibus certo constat, quod nobis vere bona futura sint; alia de quibus tantum coniiciimus illud. Sibi vere bona huius ac futurae vitae benignissimum collaturum esse, sperat Christianus. (1 Cor. XV, 19. 2 Tim. IV, 8. Rom. VIII, 28.) Alius quidem maiori cum certitudine sperati, ac desiderio, quo in bonum speratum fertur; Alius utriusque gradu minori. Quae graduum diversitas a fidei, quae subiecto inest gradu pendet.

### §. XXVII.

Vltima denique pars essentialis religionis Christianae *bona conscientiae studium* est. De hoc studio supra (§. XVI. s.) dictis pauca tantum adiiciemus, quae obseruatu necessaria videntur. Conscientia aut est facultas de moralitate propriarum actionum iudicandi, (cor hominis, 1 Jo. III, 20. 2 Sam. XXIV, 10.) omnibus communis; aut est ipsum de actionum suarum moralitate iudicium, quod Paulo Rom. II, 15. cogitationum alternis vicibus accusatio et defensio dicitur, quod non est omnium. Bona autem conscientia est animus, facta sua approbans, ut mala,

D 2

qui



quae facta improbat dicitur. Cum vero actionum moralitas sit habitus illarum ad legem, lex autem vel naturalis sit vel positiva, qualis sit conscientia, a lege cui subsumuntur actiones, illarum ac legis cognitione, et a iudicio de actionis ad legem habitu pendet. Pauli ac Christianorum conscientia legibus naturalibus ac positivis diuinis regitur, et qui quis illorum bonae conscientiae studet, si facta sua libera legibus diuinis, omni qua fieri potest exactitudine, conformat. Hoc studium Christianorum, ad Pauli exemplum, fidei ac spei Christianae fructus est, exserit se, solerter scrutando Dei voluntatem, (Rom. XII, 2.) attendendo ad semetipsum omnesque internos externosque motus, reprimendo ad agendum stimulos, donec de actionum cum lege conuenientia nobis constet, auersando, emendando, deprecando, si forte quid admissum fuerit, ab officiis, quae Deo, nobismetipsis aliisque debemus, alienum. Fructus huius studii autem, animi tranquillitas, firma ac stabilis tandem erit, si de remissione peccatorum propter Christum certi simus. (Rom. VIII, 1.)

### §. XXVIII.

Ex hucusque dictis apparebit, Religionem Christianam esse Deum fide, spe ac bonae conscientiae studio, colendi modum, quem Christus eiusque Apostoli tradiderunt. Huius autem a cultu Dei naturali diuersitas ex obiectorum fidei et spei differentia, et ex diueritate agendi normae atque motuorum patet. Neque errabimus, si religionem christianam respectu essentialium suarum eandem cum Mosaica, quin immo Abrahamicā dixerimus; (Ebr. XI, 4. 5. Rom. IV, 5. 6. Act. X, 43.) licet concedamus, Deum diuersis temporibus, diuersimode fidei, spei ac obedientiae, adeoque cultus ipsi praestandi modum in extraessentialibus determinasse, quatenus hominum diuersa conditio requirere videbatur, si religionis essentialia conseruanda erant. Religionis autem huius praestantiam notitiae, motus animi, ac actiones, quas commendat, loquuntur, ad felicitatem huius ac futurae vitae promouendam tendentes; vti illius vniuersalitas ex studio conscientiae offendarum Dei ac hominum liberae colligi potest. Sed haec de religionis Christianae proprietatibus monuisse sufficient.

